

## SECUNDŪ

<sup>in ccxxxiii</sup>  
<sup>in ccxlvi</sup>  
<sup>Lcccxxxiii</sup> **E**t uel in compluribus fisionest induo a sursum usq. deorsum:

<sup>in ccxxxv</sup>  
<sup>in ccxlvi</sup>  
<sup>Lcccxxx</sup> **V**idens aut centurio qui ex adverso stabat quia sic clamans expirasset. ait. uegetus hic filius dei erat.

<sup>in ccxxxvi</sup>  
<sup>in ccxlvii</sup>  
<sup>VI</sup> **E**rant aut & mulieres de longe aspicientes. inter quas erat maria magdalene & maria iacobi minoris & ioseph mat & salome; & cum esset in galilea sequebatur eum. & ministrabat ei. & aliae multae quae simul cum eo ascenderant hierosolyma.

<sup>in ccxxxvii</sup>  
<sup>in ccxlviii</sup>  
<sup>Lcccxxxii</sup>  
<sup>lo ccvi</sup> **E**t cum iam sero esset factum quia erat pasceue quod est ante sabbatum. uenit ioseph ab arimathia nobilis decurio qui & ipse erat expectans regnum dei; & audacter introiit ad pilatum & petiit corpus ihu; pilatus autem mirabatur si iam obisset; & accersito centurione. interrogauit eum si iam mortuus esset; & cum cognouisset a centurione domum corpus ioseph;

<sup>in ccxxxviii</sup>  
<sup>in ccxlviiii</sup>  
<sup>Lcccxxxiii</sup>  
<sup>lo ccviii</sup> **I**oseph autem mercatus sindonem. & deponens eum in uoluit sindone. & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra. & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

<sup>in ccxxxviiii</sup>  
<sup>VI</sup>  
<sup>LcccL</sup> **M**aria autem magdalene. & maria ioseph aspiciebant ubi ponebatur.

<sup>in ccxxxix</sup>  
<sup>in cccxxxv</sup>  
<sup>VIII</sup> **E**t cum transisset sabbatum.

**M**ariamagdalene. & maria iacobi & salomae emerunt aromata. ut uenientes unguerent eum?